A. A. 21. febrero. 1645.



VOTA, ET MOTIVA A PROCESSV ILLVSTRIS DOMNAE FRANCISCÆ DE PINOS ET FENOLLET, DVCISÆ DE IXAR.

Contra Dominicum Langa,

SVPER INFANTIONIA.



N DEI NOMINE AMEN. Nouerint vniuersi: Quod anno à Natiuitate Domini, millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto, die vero computato vigesimo primo mensis Februarij, apud Ciuitatem Cęsaraugust, & in Camera Regij Cõsilij ciuilis, Regiæ Audientiæ interuenerunt Magnifici domini Doctores don Michael Marta, Regens Can-

cellariam, Hieronimus Torrero, Didacus Canales, Ioannes Chrysostomus de Exea, & Ioannes Baptista Alegre, Regij Consiliarij coram quibus fuit possitus processus Illustrissi. domnæ Franciscæ de Pinos & Fenollet, Ducisæ de Ixar, contra Dominicum Lan ga & Luexma, super Infantionia, in quo dictus dominus Doctor Ioannes Baptista Alegre Relator, facta relatione, & cæteri domini de dicto Regio Consilio, & dictus dominus Regens concordes fuerunt voti, & opinionis, quod tenetur, & debet pronunciare, & declarare non forè procedendum ad vlteriora in huiusmodi processu, & causa, prout per Petrum Hieronimum Guindeo, & Michaelem Cipres, Procuratores Fiscales Maiestatis domini nostri Regis, supplicatur non obstantibus in contrarium allegatis; quæ locum non habent. Ex eo præsertim, & alias pronuntiatur modo; quo in sententia declarando non fore procedendum ad vlteriora in huiusmodi lite denegando informationem supplicatam per Illustrem Ducisam de Ixar, & Concilium Loci de la Puebla de Alborton, principales Vincentij del Plano Procuratoris, quia obtenta, ac decreta citatione aduersus Dominicum de Langa, vt de sua ingenuitate doceret instantibus Ducisa, & Concilio præfatis opposita est, exceptio foralis legitima, ac notoria per Fiscales domini nostri Regis ex priuilegio, ac concessione Regia exhibitis resultãs, ex quarum tenore elicitur Dominicum Conuentum ob iuxta seruitia, & obsequia per eundem Regiæ Maiestati præstita, de quibus in specie domini nostri Regis testatur (cui assertioni standum fore) eidem conniuentibus oculis parendo probationem contrariam nullatenus admittendo iura, & DD. merito præcipiunt Regiam Com-

Commissionem obtinuisse, vt in vim ipsius in bello actualiter desseruiendo posset per quemlibet Capitaneum Generalem, ad honorem, siue dignitatem militarem promoueri, prout assumptus fuit per Andream Cantelmo, Ducem Belli, & Regij exercitus ad stantis in Ciuitate Ilerdæ, Principatus Cataloniæ, & propé ipsam, vbi prædictus Langa proprijs expensis, & absque mercede aliqua militabat, qui ex prædictis miles creatus iuxta forales sanctiones, absque dubio iudicãdus, & vt talis Infantioniæ priuilegijs, ac honoribus gaudere, ac frui debet cum igitur omnes humani actus à potestate, & voluntate regulentur, & ex eisdemque simul cunctis robur, & firmitatem, accipiant inde infertur, quod si in præsenti priuilegio ad sint pro ipsius valore iudicandum voluntas Regia lectura ipsius, ac Cõmissionis non obscure illicitur potestas vltra iuris præcepta forali constitutione monstratur in casu, etenim Belli, in quo versamur expressis, ac dissertis verbis decisa legitur, vt quid igitur progressus huiusmodi litis, & causæ? siquidem priuilegium Regium, rem notoriã constituit, & in vim ipsius in quocũq; iuditio obtinere deberet priuilegiatus. Ex quo fit, vt iure, ac equitate suadentibus non fore procedendum ad vlteriora censeamus, sumptibus enim manibus quãtum fieri valeat partes subleuandæ sunt, sicque decisum, iam vidimus in alio casu, huic nostro simili (imo potius difficiliori) vniformi censura Tribunalium superiorum huius Regni, quapropter iustam commune, quam municipale equitatem, ac rem iudicatã, quæ pro veritate habetur in sequendo, & alijs attent. cõt. sic fore pronũtiandum arbitramur. Sig- ✠ nũ mei Gabrielis Francisci Garces, Scribæ Mandati suæ Maiestatis in Ciuitate Cæsaraugustæ domiciliati, authoritatibusque

Apo-

etr

Apostolica, vbique Regia vero per totum Regnũ Aragonum publici Notarij, qui huiusmodi vota, & motiua à libro Regij Consilij ciuilis, vbi continuata existunt extaxi comprobaui, & signaui approbo correctum, vbi legitur quapropter.